FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones autho. rei iudicatae non habere. Rubr.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150738

Visual Library

vt l.reos.§.cum tabulis.de duo.reis.Et eodem modo intelligitur in ſententia.vt eſt caſus hic.& no.in Spe.de ſen.§.ij.circa ſi. Videbatur autē contrariū ꝙ tam libellus quā ſententia deberet intelligi ſecundū naturā priſtinæ obligationis:& ſic contra quemlibet inſolidū.Cuius contrariū probat iſte tex.vnde allegatur † ꝙ ſen-
3 tentia nō eſt intelligenda ſecundū naturā actionis ſuper qua lata eſt:ſed ſecundū naturā verborū.& ꝙ ſententia ſit ſtricti iuris:& non importet vltra quā de neceſsitate poſsit importare. ſed hæc verba poſſunt verificari in quolibet pro parte. vnde non extenduntur ad quēlibet inſolidum.Aduerte,quia glo. intelligit hanc l.quatuor modis.tamen primus & tertius tendunt ad idē, ſcilicet quando duo erāt mihi obligati ad centū viriliter, qui eſt primus modus:ſiue equaliter,qui eſt tertius modus,qui tendunt ad idē. Tantū enim eſt dicere viriliter quantū equaliter. iſte modus nō cōgruit literæ,quia tunc nō poſſet iudex condēnare quēlibet in ſolidum.cuius contrarium hic innuit.& ſic ꝙ eſſent obligati quilibet inſolidū.Item non haberet dubium hæc l.Alius modus eſt qui eſt quartus,quādo quilibet tenēbatur pro parte:tñ inequaliter.Pone exemplū in duobus,quorū vnus erat inſtitutus in duabus partibus de tribus:& alter in tertia parte.& mihi fuerunt legata centum,primus tenetur ad duas partes. de c. alter ad tertiā partem.ſi egi contra ambos,& petij eos condēnari in c.& ita fuerunt cōdemnati.cenſetur quilibet condemnatus equaliter.& ſic in quinquaginta:& ſic alter in plus quā teneretur, & alter in minus.iſte modus non placet. quia ſi egi contra eos tanquā contra hæredes,videor petijſſe eos cōdemnari pro hæreditaria portione.quia non in plus tenebantur.& ita videtur iudex cōdemnaſſe.& iſta eſt rationabilior opi. Eſt & tertius modus intelligendi. & iſte eſt verus.ꝙ quilibet tenebatur inſolidū ex eadē cauſa tantū,ita ꝙ vna ſolutio ſufficiebat.& tamen poteſt intelligi duobus modis. Primo ꝙ actor petijt eos condemnari ad c.dixit quēlibet inſolidū.& iudex ita condēnauit.dubium erat: quia verba libelli & etiam ſententiæ videbantur ſecundū naturam actionis & libelli ſuper qua datus vel lata erat.& iſte tex.vult contrariū.ideo no. ea quæ ſ.dixi. Secundo modo pōt intelligi ꝙ petij quēlibet cōdemnari inſolidū.ita quod vna ſolutio ſufficiat. aliter nō procederet libellus.vt no.in l.mandato Titij.§.Paulus.ff.man.iudex ſimpliciter condēnauit in c.nec dixit quemlibet inſolidum.certè videtur condemnaſſe quēlibet in quinquaginta.Sed tunc cōtrà. quia nō valebat ſentētia.quia non eſt conformis libello.Reſpōdetur ꝙ reputatur conformis poſtquā non petebantur niſi c.& in c.lata eſt.licet non eo modo quo fuit petitum , ſcilicet contra quemlibet inſolidum.ſed illud potius eſt accidentale quā ſubſtātiale.& non facit ſententiā non eſſe conformē libello.Item videt̄ adhuc nō,valere:quia cū petatur certa quātitas,ſuper tota debet condemnari:vel in totū abſolui.vel in condēnando pro parte.& in abſoluendo pro altera parte,aliâs nō valet ſententia. vt no. in l.j.ſ.ſi aduerſus rem iudi.ſed hic à quolibet fuerūt petita.c. & tñ non eſt condemnatus aliquis eorū niſi in l. Dicunt quidam ꝙ in alijs l.cenſetur abſolutus.hoc eſt falſum.vt no.ibi in glo.ideo adhuc poſſet conueniri actione prima inſolidum.quod non eſſet ſi videret̄ abſolutus. Dic ergo ꝙ imò ſententia eſt lata in tota quātitate petita.licet non eodem modo quo fuit petitum.quia fuerūt petita.c.& non vltra.& in c.fuit facta condemnatio:licet nō eodem modo quo fuit petitum:& iſtud non habet vitiare.vt eſt hic caſus. Vltimò glo.opponit.ꝙ ſecundū hoc condemnatio proderit condemnato cum tenetur in centum. & tunc non tenetur niſi in l.contra.l.euidenter.ff.de excep.rei iudi.ſed ſolue vt in glo. ꝙ imò non prodeſt.quia remanet obligatus actione prima inſolidum.licet ex ſententia non ſit obligatus niſi pro parte.

Quibus res iudicata non nocet. *Rubrica.*

2 ☞ *Ille qui agit rei uendicatione, dicitur defendere rem ſuam.*
3 *Sententia lata contra unum, quando noceat alteri etiam non mandanti: nec ratificanti, nec ſcienti litem motam, nec citato.*
4 *Res inter alios acta, an alijs noceat?*
Licet coniuncta perſona ſine mandato poßit agere pro coniuncta, nec repellatur, tamen ſententia lata contra ipſam non nocet perſonæ coniunctæ pro qua agit.

LEX I.

1 SI neque. † Iſte titu.loquitur de ſententia lata cōtra vnū, vel pro vno:an noceat vel proſit alteri:& dicit̄ ꝙ ſi ille nec mādauit litigare, nec habuit ratā ſnīam, ſubaudi nec etiā ſciuit illū litigare. Itē ſubaudi nec fuit citatus ad cauſam pro ſuo intereſſe,qd' talis ſentētia nec nocet nec prodeſt ſibi. & hoc dicit totus ti.Sed titu. infra res inter alios acta.loquitur de actu extraiudiciali an factus ꝑ vnum noceat,vel proſit alteri.& eodem modo dicitur qd' nō ſi. quod intellige modo prædicto. Et prædicta non ſollū in ciuili.

a ¶ Perſona.adde Sal. in l.fin.in j no.C.res inter alios acta.

2 ſed etiam in criminali.vt in l.iuris.infra eod.† In tex. ibi:[defenſionem. [ideſt actionem.]et ſic no.ꝙ ille qui agit rei vēdi.dicitur defendere rem ſuā.Et dic ꝙ frater tuus egit contra me ad tot: m rem quā poſsidebam,quæ erat cōmunis inter te & ipſum, & lata eſt ſentētia cōtra eum.& fui abſolutus,vel quia nō probauit, vel quia fuit pronūtiatum rem eſſe meam,hoc nō nocet tibi quo minus poſsis agere ad partē tuā,& probare cōtrariū. gl. in l. ſeq.
3 dicit hanc regulā fallere in pluribus caſibus. † Et aduerte.quia aliquando fallit vt noceat alteri etiam nō mandanti,nec ratificāti,nec ſcienti litē motam,nec citato:vt in ſententijs quæ faciunt ius,vt ſuper quærela inofficioſi.nam lata cōtra principalem puta hæredem.ad quē pertinet principaliter defenſio teſtamēti,nocet legatarijs indiſtinctè.vt in l.Papinianus §.ſi.de inoffi. teſt. ff. quorū cauſa depēdet à cauſa hæredis querela em̄ rumpit teſtamētum:& ſic de aliquo facit nullū.& hoc eſt dicere facit ius.ſed ex teſtamēto nullo non poſſunt legata deberi.ergo neceſſario ſequitur ꝙ etiā ipſa rūpūtur.Itē in ſentētia lata ſuꝑ ſtatu;quia ſi aliquis pronūtiat̄ eſſe filius tuus,habita lite tecū habet̄ nō ſolū ꝓ filio tuo quò ad tui præiudiciū.ſed pro cōſanguineo oīm conſanguineorū:& ſic ſuccedit eis tāquā verus cōſanguineus.licet aliter nō probetur cōſanguinitas niſi per talē ſentētiā.l.ingenuū. ff. de ſta.ho.l.j.§.ſi.de lib.agn. Aliquādo verò nocet alteri etiā non mādāti,nec ratū habēti,citato tamē ſcienti litē inceptā, & negligētē cōparere.& eā defendere.vt in caſibus poſitis in l. pe. de re iudic. Aliquādo verò nō ita demū:ſi nō doceatur de præuaricatione facta inter litigātes.& hoc ſufficit.& nō aliter. vt l.ſi cui. §. ijſdē.ff.de accu.& l.eum.qui §.in popularibus.de iureiur.Sed.in cauſa publice ſi vnus agit & ſuccubuit,vt nullus alius agere poſſit:quaſi facta fuerit illius qui præuaricatus fuerit.Extra iſtos caſus nocet alteri ſi fuerit citatus.vt in c.inter quatuor.de ma.& obedien.& quod no.Cy.in l.j.circa finem.ſ.de aduo.diuer.iudi.& quod no.in lege in cauſæ.la prima.in §.interdum.de mino. & l. cum miles.§.fina.quibus ex cauſis maio. Vltimò vide Cy.hic ſu-
4 per illo brocardo. † Res inter alios actas alijs non nocere. Vlti-
a mò ex l.iſta patet quòd licet coniuncta perſona * ſine mandato poſsit agere pro cōiuncta.vt in l.ſed & hæ.ff.de procu.nec repellatur.licet cōſtet ipſum nō habere mādatū.ꝙ nō eſt in perſona nō coniuncta,quia repellitur:etiam ſi vult cauere rato.vt in l. Pompo.§.ſi.ff.de procu.attamē ſnīa lata contra ipſum nō nocet cōiunctæ perſonæ pro qua egit.vt hic patet.& ſic nō propriè eſt procurator,vel procuratrix.quia ſentētia lata contra procuratorem nocet domino.l. iij.§.ſi fortè.iudi.ſol.

Comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones autho. rei iudicatæ non habere. *Rubr.*

1 ☞ *Si iudex mandat alicui quod non recedat de palatio ſub tali pœna:non incurrit pœnā licet recedat:cùm præceptum ſit nullum.*

LEX I.

1 NEc vim. † Illa quæ requirunt cauſæ cognitionē,quia afferunt præiudicium: & ſic ſunt expedienda per ſententiā diffinitiuā. & cauſa cognita ſi fuerint expedita ſine cauſę cognitione,non faciunt præiudiciū etiam ei contra quē expedita ſunt,quia dicitur nō ſnīa,ſed cōminatio,vel epiſtola,vel ſubſcriptio,vel programa, quæ nō tranſeūt in rem iudicatā:etiā ſi nō fuerit appellatū.h.d.totus tit.Et iſtud ſummariū colligit̄ ex.l.ſi.& ex not.per Inn.in c.ij.extrà.de reſti.in inte. in iiij. col.in gl.quæ incipit:videtur.vbi oīno vide pro declaratione huius ti.Et l.j.loquitur in epiſtola quæ ſit per præceptum:puta niſi ſic feceris ſoluas pœnam vel vſuras.Lex.ij.loquitur in epiſtola quæ ſit per præceptum.puta mandamus vt ſoluas tali tātūm , & niſi ſolueris incurras pœnam.vel ſis excommunicatus , vel ſoluas vſuras. Tertia loquitur in ſubſcriptione. ſi iudex requiſitus ab vna parte porrecta ſupplicatione ſignauerit eam contra ſententiam diffinitiuam latam per ſe vel alium. Quarta

a ¶Inſtrumentis. Adde an vtens falſo inſtrumento puniri debeat ac ſi ipſe falſaſſet. per Archi. in c. in memoriam. xix. diſ.

loquitur in interlocutoria. & l. pen. loquitur
in progrãmate quod quale ſit dic vt in glo.
Et vide quod no. in Specu. de ſen. §. ij. verſ.
eſt quoq;. & in titu. de iuriſ. om. iudi. §. fi. cir
2 ca finem. †ſi iudex mandat alicui quod nõ
recedat de palatio ſub tali pœna. ꝙ licet re-
cedat, non incurrit pœnam. quia præceptum eſt nullum. de leg.
iij. l. pater filium. §. Iulius agrippa. & vide quod no. Bar. in l. j. ſi
quis ius dicen. non obtem. & adde quod no. Inno. in c. ad aures.
de tempori. appellatio.

Si ex falſis inſtrumentis uel teſtimonijs iudicatum ſit. Rub.

1 *Lata ſententia prætextu falſorum inſtrumentorum, ſi in alio iudicio fuit allegatum & examinatum de falſitate, licet non pronunciatum expreſſè. tamen lata ſit ſententia, an poſsit ulterius de falſitate allegari?*
3 *Condemnatus per falſa inſtrumenta ſi prouocauit ſemel uel bis, & ſuccubuit: an poterit poſtea allegare falſitatem inſtrumenti?*
4 *Quo iure petatur reſcindi ſententia lata ex falſis probationibus?*
5 *Non ſufficit probare quod in cauſa fuit productus falſus teſtis, uel falſum inſtrumentum, ad hoc ut ſententia retractatur horum uirtute: niſi etiam probetur quod iudex fuerit ea ſecutus.*
Quid ſi fuerunt producta alia inſtru. quæ non probentur falſa?
6 *An ſufficiat probare quod teſtis dixerit falſum, ſi non probetur quòd fuerit corruptus pecunia?*
Quid de falſitate inſtrumenti, licet de corruptela notarij non appareat?
7 *Quid ſi quis aſtrinxiſſet ſe ad probandum corruptelam?*
8 *Exceptio falſitatis impedit executionem ſententiæ: ſi opponitur ante executionẽ factã.*
Quid ſi præſumptio ſit contra opponentem quòd hoc faciat calumnioſè?
9 *Si executio ſit facta reperitur ſolutũ: poſtquàm fuit oppoſitũ de falſitate, & obtentũ.*

LEX I.

1 SI tabulas. †Sententia lata prætextu falſorũ
inſtrumentorum vel teſtium re-
ſcinditur per reſtitutionem in integrum: etiam ſi
tranſiuit in rem iudicatam tribus cõcurrentibus,
ſcilicet ꝙ fuerint inſtrumenta vel teſtes producti.
& ꝙ de falſo non fuerit quæſitum lite pendente,
& ꝙ iudex fuerit ea ſecutus. & hoc prodeſt ad tria, ſcilicet ad ſen
tentiam reſcindendam. & ad executionem impediendam, & ad
2 ſolutum repetendum. hoc dicit. totus titu. Bar. †Et no. quod iſte
a titu. habet locum ſiue vtens falſis teſtibus vel inſtrumentis a ſit
in dolo, ſiue non. vt no. in l. ſi ex falſis inſtru. s. de tranſa. per glo.
& Bar. & licet in iſtis ll. nihil dicatur. de reſtitutione in integrũ.
tamen ita debent intelligi ſecundùm gloſ. in l. ij. & in l. fi. & pro-
batur in l. diuus. ff. de re iudi. valet enim ſententia mero iure: niſi
ſit lata contra abſentẽ. quia non valeret ſi eſſet lata per falſas pro
bationes. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. & in alio caſu quem
glo. allega. iſta l. j. dicit non obſtare ꝙ ſententia tranſiuerit in rem
iudicatam, quominus de falſo poſsit allegari, ſi in alio iudicio nõ
fuit allegatum nec examinatum. ſi autem fuiſſet allegatũ & exa
minatum, licet non pronunciatum expreſsè, ſi lata eſſet ſenten-
tia, cenſeretur tacitè pronunciatum, non eſſet falſa vel falſi. ideo
vlterius non poſſet de falſitate allegari. aliâs nõ eſſet litium finis.
& hoc probatur in l. fi. circa fi. s. de fide inſtru. In tex. ibi: [Quas
ſecutus. hoc dicit. propter. l. falſam. j. e. quia ſi producti teſtes qui
potuiſſent dicere verũ, nec reprobantur de falſo, licet fuerit pro-
ductum inſtrumentum falſitatis, ſi iudex nõ fuit ipſum ſecutus,
nõ reprobaretur ſententia. ideo expedit probare quod fuit ſecu-
tus falſum inſtrumentum, vel falſos teſtes: quando alij ſunt pro-
ducti. Sed ſi non fuit productum niſi falſum inſtrumentum, vel
falſi teſtes, ſufficeret probare iſtam falſitatem: abſq; eo ꝙ probet
iudicem fuiſſe ſecutum: quia hoc præſumitur: ex quo nulli alij
ſunt ꝓducti quos ſequi potuit. In tex. ibi: [falſas dicere vis.] ſub-
audi & petere te reſtitui aduerſus ſentẽtiam: & cauſam reſcindi.
vt d. l. diuus. Et infra tempus quod datur ad petẽdum reſtitutio-
nem: & ſic infra quadriennium continuum. poſtea non audireẽ.
l. fi. de tempo. in inte. reſti. In tex. ibi: [pręebit notionem ſuam.]
ſubaudi & ſi reperiret ita eſſe, reſtitueret te in inte. & reſcinderet
ſententiam: ipſe tamen in cauſa principali non pronunciabit: li-
cet iudex appellatiõis hoc facere poſsit. quoniam appellatio de-
uoluit negotiũ ad iudicem appellationis: nõ ſic ad iudicẽ reſti. in
inte. dabitur ergo alia ſentẽtia cõtraria, vel etiã cõtraria ſecundũ
quod fuerit probatum. & ſententia reſciſſa habetur pro nulla. In
3 l. ij. quærit hic glo. †tex. loquitur quando condemnatus per fal-
ſa inſtrumenta nõ prouocauit. quid ſi prouocauit ſemel vel bis,
& ſuccubuit, an poterit poſtea allegare falſitatem inſtrumenti?
Videtur quod non. vt in l. iij. §. falſus. ff. rem ratam habe. quaſi ap
pellando ſententiam approbauerit. Contrarium tenet glo. & be
ne, quia primò appellando non approbat ſententiam: ſed repro-
bat. nec obſt. contrarium. quia ibi dominus appellauit à ſenten-
tia lata contra ſuum falſum procuratorem. bene approbat factũ
falſi procuratoris: vt potuerit agere vel litigare ac ſi habuiſſet
mandatum. Si enim non approbaſſet, non erat ſibi neceſſaria ap
pellatio. ſed ſententiam non videtur approbaſſe. & hoc facit cõ-
tra Bar. in l. poſthumo. s. de contratab. vbi dicit quod præteritus
intentando contratab. approbat teſtamentum: vt reprobat. quod
eſt falſum: quia in contratabu. non adaptatur ad approbandum.
ſed ad reprobandum. & quia eſſet ſibi contrarius eodem reſpe-
ctu approbare, & reprobare. Sed in l. iij. §. falſus. non eſt ſibi con
4 trarius. ſed circa diuerſa vnum approbat, & aliud reprobat. †Iſt
quæritur. quo iure petatur reſcindi ſententia lata ex falſis proba-
tionibus? Glo. dicit & bene. quod per reſti. in integ. licet hic non
dicatur per l. Diuus. ff. de re iudi. Aliquando tamẽ ſententia eſt,
nulla. vt in caſu quem ponit glo. & in alio quando contra abſen-
tem & indefenſum per falſas ꝓbationes. vt in l. ſi prætor. §. Mar-
cellus. ff. de iudi. debet ergo petere reſtitutionem infra quadrien
nium continuum à tempore latæ ſententiæ. vt l. fi. de temp. in in-
teg. reſti. & hoc ſi non fuit appellatum: ſed ſi fuit appellatum, vi-
detur ꝙ incipiat currere poſt ſententias latas in cauſa appellatio
nis. & ꝙ pendente cauſa appellationis non currat. ar. in l. contra
maiores. §. eum qui. de inof. teſta. s. quia ſententia non tranſiuit
in rem iudic. & ſic non erat neceſſaria reſtitutio: quia poterat de
falſo opponere pendente lite ipſo iure ſine reſtitutione: etiã poſt
terminum datum ad appellandũ. quia ſibi poteſt quæri poſt ſen
tentiam quę tranſiuit in rem iudicatã: ergo fortius ante. licet poſt
5 terminum. vt in c. licet cauſam. de proba. † In l. [falſam.] no. hic
ꝙ nõ ſufficit probare ꝙ in cauſa fuit productus falſus teſtis, vel
falſum inſtrumentum ad hoc vt ſententia retractetur horum vir
tute: niſi etiam probetur ꝙ iudex fuerit ea ſecutus. & ſic iſta duo
neceſſarium eſt probare ſecundùm Innoc. in c. licet cauſam. per
illum tex. & per c. cum I. & A. de re iudi. & hoc eſt verum quan
do erant producta alia quę non probantur falſa. & ſic iudex po
tuit ſequi illa, & non iſta quæ erant falſa: aliâs ſi nõ niſi falſa
6 expedit aliter probare. quia cẽſetur illa tantũ ſecutus. †Scrip
ſit glo. an ſufficiat probare ꝙ teſtis dixerit falſum, ſi non probet
ꝙ fuit corruptus pecunia. Quidam ꝙ non ſufficit. vt reſtituatur
in inte. per l. diuus. de re iu. Glo. determinat contrarium. quia ſuf
ficit probare falſitatem inſtrumẽti: licet de corruptela notarij nõ
apparet: ergo eodem modo ſufficit probare falſitatẽ teſtiũ quia
teſtes & inſtrumenta æquiparantur. vt l. in exercendis. s. de fide
inſtru. Adde ꝙ econuerſo ſufficit probare corruptelam teſtium
per pecuniam. licet non probetur falſitas depoſitionis ſuæ: quia
eo ipſo dicitur falſus ꝙ permiſit ſe corrupti. vt no. in d. c. licet cau
7 ſam. & ſufficit hoc ad reſcindendam ſententiam. †Si tamen quis
ſe aſtrinxiſſet ad probãdum corruptelam, quia in libello hoc co-
pulatiuum poſuiſſet: ꝙ talis teſtis corruptus pecunia falſum di-
xerit: haberet neceſſe probare vtrunq;: ſi per modum qualitatis
hoc adiunxit. vt in c. licet cauſam. ſecus ſi non per modum quali
tatis, ſed per modum ſubſtantiæ duo copulauit. Quod dic per
8 Barto. in dicta l. diuus. † In l. finali. nota quòd exceptio falſitatis
impedit executionem ſententiæ quando opponitur ante execu-
tionem factam. Intellige. niſi cõtra opponentem ſit præſumptio
quod hoc faciat calumnioſè: & tunc fit executio pręſtita cautio
ne per actorem qui petit eam fieri de reſtitutione quod accepit,
ſi contingat quod opponens obtineat. vt in c. ſciſcitata. de reſti-
tutione in integrum. & l. ij. j. de fal. Item eſt verum quod hic dici-
tur, quando apparet falſitas ſine alijs probationibus extrinſecis:
vel ſi non apparet, offertur probatio incontinenti. aliâs cum exe
cutio fiat ſummariè, non admittitur exceptio habens altiorem
9 indaginem: vt in l. à diuo. §. ſi ſuper. & l. j. de re iudica. † Item no.
quod ſi executio ſit facta, repetitur ſolutum ſubaudi poſtquam
oppoſuit de falſitate & obtinuit, & fuit reſciſſa ſententia.

De confeſsis. Rubrica.

Super glo. rubricæ dum dicit quod titu. de inter. acti. habet locũ ante lit.